

tiam quoslibet infames magnificent et magnificos infamant. Sed quia non tam cognitores quam cogniti resident. sepe contingit ut rerum consequentibus cancellatis cuiuspiam bone fame aliquit illorum fauor detrabat et uituperatio addat. Quod nimirum adtendentes illorum maledicta de nostris moribus et precepta de rebus contempnimus. Nam neque mores nostros conuictu neque rerum proprietates disciplina nouerunt. Post haec, quae in Adversarios suos, antequam ad Eugenium III. et Concilium Rheimense traheretur, scripsisse videtur Gilbertus, Codex cum Edit. incidit.

II. fol. 26. Liber II. ad Johannem Diac. *Utrum Pater et Filius ac Spiritus sanctus de Diuinitate substantialiter praedicentur.* Initium Textus: *Quero an pater et filius et spiritus sanctus de diuinitate &c.* Commentarii: *Ex illius questionis qua simacho boecius scripserat inuestigacione &c.*

III. fol. 29. p. 2. Liber III. ad Eundem. *An omne, quod est, bonum sit.* Initium Textus: *Postulas ut ex ebdomadibus nostris eius quoque questionis obscuritatem &c.* Commentarii: *Quod grece philosophia. latine amor sapientie dicitur &c.*

IV. fol. 41. Liber IV. ad Eundem. *De duabus Naturis et una persona Christi. Adversus Eutychem et Nestorium.* Initium Textus: *Anxie te quidem diuque sustinui &c.* Commentarii: *Non sum nescius Oratores ingeniis acutos &c.* Finis totius Operis: at-

que omnium bonorum causa perscribit. Commentarii: *incommutabili proposito sue uoluntatis perscribit.* Praeter superius adducta Codex noster non spernendas tam Textus quam Expositionis lectiones offert. Ita in Prologo L. I. *Quod raris id est vobis tantum colloquor, pro vobiscum colloquor.* In Gilberti Prooemio L. II. *quarundam proportionibus rationum pro propositionibus.* In initio Textus L. IV. *si situm sedentium recorderis pro si tum sedentium &c.* In Gilberti Prooemio: *contra nestorium episcopum et euticen archimandriten, ubi Edita omittunt Eutychem &c.* Ceterum haec facta Boethii Opuscula sine acutissimi Gilberti Commentario etiam alias indicavimus.

## CCCXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. 28 XVI. ineuntis Folior. 40. f. max. rudius picturatus continet *Georgii Benigni Contemplationes Vexilli Christianae Fidei, seu Victoriae, reuera Tractatum de mysterio Trinitatis et Incarnatione Verbi. Fol. 1. pag. auersam implent Insignia Caesarea. Fol. 2. sequitur epistola: Georgius Benignus Artium et Theologie professor ac Presul Calliensis (Cagli in Ducatu Urbinate) observandissimo patri et domino, domino Mattheo (Langio) Episcopo Gurcensi viro in diuinis ac humanis literis erudito &c.* Scribendi Operis caussa: *me mouit maximi Maximiliani Caesaris nostri semper Augusti*

1293

## D O G M A T I C I.

1294

gusti maximum ingenii acumen, quo et naturas singularum rerum et genealogias Regum et Principum vestrorum inquirere summopere oblectatur: et de diuinarum rerum colloq. . . . . capit voluptatem. Quod (ut taceam alia) superioribus mensibus aper. . . . . constitit, quum in Ini ponte oppido in solis valle posito ad . . . . . opipareque paratam cenam in eis ipsis edibus in quibus machine, tormenta ceteraque arma bellicia, que — et magnitudine et multitudine, et artificii nouitate omnium orbis principum superant munitiones, quam accuratissime conseruantur, Cesarea Maiestas Reuerendissimum Legatum (Bernardinum Caruaialium S. Crucis Card.) inuitasset, et tua paternitas acerrimo illo — ingenio nonnulla de unitate deque summa illa Trinitate proponeret, ipseque omnium in genere scientiarum eruditissimus Legatus, tanquam Apollinis oraculum, miro modo responderet, tunc Imperatoria Maiestas tanquam oblita epularum, et uehementissimarum apud mortales voluptatum toto animo in diuina ferri uidebatur, ac de his, que disputabantur, summam ipse quoque et interrogando et respondendo capere uoluptatem. &c. Repetit ea in Prohemio ad ipsum Imperatorem v. g. Ex colloquiis acutissimis ultro citroque cum eruditissimo Legato habitis Maiestatem ipsam in animalium ceterarumque rerum uestigandis naturis summam capere uoluptatem tanquam ad omnem Philosophiam natam considerauit; solerter quippe

inter alia, essent nec ne ea ipsa que ruminant animalia eo quod dentibus in superiori carent mandibula, somni capacia, uel omnes insomnes ducere noctes, inquirere. Multaque de ipsorum animalium celeritate, ac uehementi, et (que vix dici potest) agilitate, deque ipsorum per decliuos, nudos, saxeos et preruptos montes saltibus, atque cursitationibus disputare. Ad quos quidem montes et ipsa serenitas iam accesserat, Crucemque Christi propriis manibus in concauo verticis (vulgo Martinswand. Nihil tamen hic de periculo.) quo etiam visus ipse terretur, collocauerat, in quibus etiam homines a tua Celsitudine destinatos transire intrepide, nobis, qui cernebamus, trepidantibus, perspeximus. Multa et ea quidem preclara et de metallorum, quorum Tue serenitati fodine innumere lapidum, herbarumque uiribus inducere &c. Tractatum ipsum in LXIII. Contemplationes sectum figura praecedit Trinitatis, Incarnationisque arcana ruditer adumbrans. Contemplatio I. sic incipit: Quid nomine lucis Deitatis extra personas descripte sit intelligendum. Lux Deitatis figura spherica nostris oculis exhibita nil aliud est, quam diuina natura, essentiaque. Hanc greci *Vssiam* vocant &c. Operi subnectitur Epilogus, quo Imperator ad persequendos Turcas excitatur et laudes *Julii II. P. R.* recitantur. Hunc excipit *Psalms*, quem *Angeli assidue unico et trino decantant deo*, et ipse fat mysticus, hoc ingressu:

F 3

Kados,

1295

I C O D I C E S I

1296

*Kados, kados, kados: El Sabaoth**Agios, agios, agios: kirios, o Theos, ton Stration;*

Georgius, non Gregorius, ut quidam, Benignus, aliis Syracusanus, aliis Ragufinus, aliis generatim Epirota vel Illyricus, sed *Sebastiano Dolci* in *Fastis lit. Ragufinis* p. 24. *Bosniensis* ex familia *Dobrotich*, unde se *Benignum* dixit, cognomento *Salviatus* a *Salviatis Florentinis*, O. M. primum *Callienis*, ut vidimus, *Episcopus*, dein *Archiepiscopus Nazarenus* varia scripsit, quae habes in *Mongitoris Bibl. Sic. append. ad T. I. Ughellii Italia Sacra* T. II. col. 906. *Fabricii Bibl. med. et inf. Lat. edit. Patav.* T. III. p. 33. Item in *Montfauconii Bibl. Bibl. Mss. Lamii Cat. Codd. mss. Bibl. Riccard.* p. 208. *Bandinii Cat. Codd. Lat. Bibl. Laur.* T. I. p. 468. III. p. 214. Ex his tamen typis excusa non novimus, nisi *Propheticas Solutiones*. Florentiae. 1497. 4. *Librum de Natura coelestium Spirituum*, quos *Angelos* vocamus. Florent. 1499. f. *Septem et septuaginta* in opusculo *Magistri Nicolai de mirabilibus reperta Mirabilia*. Ibid. f. a. 4. et *Defensionem Joannis Reuchlini*. f. l. 1517. 4. In hoc ultimo Opusculo Contemplationum nostrarum ita meminit: *Ille ego, qui cum Callienis essem Episcopus, et sanctae Crucis Cardinalis Reuerendissimi, sedisque Apostolicae Legati meritis vestigia sequerer, Germanicas Contemplationes, quarum altera de Christianae victoriae ve-*

xillo, altera de *Virginis Matris assumptione mirificos Tractatus* continebat, edidi. Nunc *Romae Archiepiscopus Nazarenus* existens &c.

CCCXXXIII.

Codex membraneus lat. Sec. 764 XII. Folior. 89. 8. luculente exaratus, rubricis distinctus et olim *Sanctae Margarete in Osterbouen*, quod ab a. MCXXVII. nobile in *Bavaria* *Canonicorum D. Norberti* Collegium fuit, complectitur sequentia: I. *Incipit Acervus Testimonii De Uirginitate Partus Beatae Mariae*. Initium Prologi: *Leetor Diuinorum non tam pompam uerborum quam rerum ueritatem in his que dicuntur perpendere debet. &c.* Occasio scribendi mox ita exponitur: *Est questio de beate Marie partu. utrum christum more aliarum feminarum genuerit. scilicet quod illius naturae contumelias passa fuerit. an sicut conceptus ita et partus diuinus extiterit. Sed unde in questionem hoc uenerit. causa haec est. Libellus sancti ieronimi de uirginitate beatae marie contra heluidium quem eatenus usque id temporis non uideram nec legeram. uenit in manus. Legi. placuit. quia eandem ydram in profanis capitibus suis strenue ac irrecuperabiliter suffocauerat. Ueruntamen in ultima eiusdem monstri capitis succisione reliquit germen. unde simpliciores*